Quę nec ipsa finiri noluit. nec mundus cessare ab eius elementis aliquatenus possit. Denique pandoram dicitur formasse. pandora enim grece dicitur omnium munus quod anima munus sit omnium generale;

DE ADULTERIO UENERIS.

VII Iuste uel solis ueneris depalat adulterium. quatenus luna sol et eius celare secretum. Uenus cum marte concubuit. quam sol inueniens. uulcano prodidit. ille adamante catenas efficit. ambosque religans. diis turpiter iacentes ostendit. illa dolens. quinque filias solis amore succendit. Id est phasiphe. medea. fedra. circe. dirce. Quod sibi in hoc poetica alludat garrulitas inquiramus. perstant nunc in nostra uita de hac fabula certe admodum testimonia. Nam uirtus corrupta libidine. sole teste apparet. unde et ouidius in metamorfoseon ait. uidit hic deus omnia primus. Quę quidem uirtus corrupta libidine